

00

kt

P. C. 132

vgl an Id 2007

Theol.

IV. C. 3.

XXVI. Dissertationes varii argumenti.

J. VII. 893

~~III 4^o J. V 15~~

5

FRIDERICIANAE REGIAE
 PRORECTOR
ANDREAS DE SEGNER

REGI A CONSILII INTIMIORIBVS MATHEMATVM
 PROFESSOR PRIMARIVS

CVM

DIRECTORE ET RELIQVO SENATV ACADEMICO

AD

RITE CELEBRANDA GENEZIA IESV CHRISTI AMICE HORTANTVR
 PRAEMISSA OBSERVATIONE

DE

PARVM IVSTA VETVSTISSIMORVM QVORVMDAM
 AVCTORVM ENNOIAI
 HVMANA CHRISTI NATVRA STUDIOIVS IMPOSITVM
 FVISSE DIABOLO.



HALAE MAGDEBVRGICAE
 EX OFFICINA VESTERIANA MDCCLXIV.

7764



FRIDERICIANAE REGIAE

PROFESSOR

ANDREAS DE SEIGNER

REGI A CONSILII INTIMIORIS MATHEMATICI
PRIMARIUS

RECTORE ET RELIGIO SENATU ACADEMICO

AD

RECEPANDA TENENTIA CHRISTIANAE HOETANTIVR
PRAEMISSA OBSERVATIONE

DE

LABORUM IUSTA RECOMPENSATIONE QUORUMDAM
AVGUSTINIANI

INSTITUTI NATURALIUM STUDIORUM IMPOS-
ITIONE



HAALAE MAGDEBURGICAE
EX OFFICINA VESTERIANAE MBOCCHE





Feliciter igitur ipsos festos dies viuendo rursus attingimus, *Ciues longe carissimi*, qui nato inter homines Iesu, Saluatori a deo nobis destinato, sacri habentur. Non est noua haec sed vetustissima religio, cuius inter nos aut nulla superesse aut obscura documenta, ius fas non fuerit!

Quotus quisque enim non sancti animi pio sensu impleatur sub hoc tempore, quo manifestatum fuit illud *παράλογον*? *Ναὶ καὶ ἐξ ἐναντίας ἐλάλει, ἔρρανή* *φωσ εἰς ἀποκαλύψιν ἐθνῶν*, depellendis infaustis istis tenebris, quibus, praeter insitam contagii pestiferi malignitatem, noua augmentis ignorantiae labe obrutum mortalium genus in certiore ruebat perniciem. Iure igitur, quicquid habere videbatur venustatis atque pulchritudinis vis vniuersa eloquentiae, iam olim conferri solitum fuit a piis viris, quos Patres dicimus ecclesiae; ad collaudandam tam fausti temporis sollempnitatem: prout aut legentium audientiumque leuitas et socordia exposcere seueri monitoris auctoritatem; aut animi facultas atque intelligendi consuetudo pati videbatur studiosi interpretis ministerium. Atque merebantur numero non paucae descriptiones, a peritissimis et piis vetustiorum temporum magistris ad nos per manus traditae, vt non solum adhuc a nobis saepius et publice commendarentur, sed etiam nouis editionibus in luce publica omnibus proponerentur. (1).

A 2

iumen-

1) Huic enim nostro consilio nondum satisfaciunt, istae collectiones, bibliothecae concionatorum; *ὁμιλίαι θεολογικαὶ τῶν πατέρων*, in praecipuis anni festis; Studio et opera *Dan. Hoefschelii* Augustae 1587. 8. Insunt *Basilii*, et *Gregoriorum* homiliae in natiuitatem. Multo minori utilitatis specie commendant se

diuorum



iuuentis, reperiundisque rei λογους quasi et rationibus, non paucos eius temporis artifices facile vinci a nostris hodie doctrinae interpretibus contigerit: eo nomine tamen nos facile superant, si sanctarum mentis agitationum pulcherrima requirimus exempla, si ardentis pietate animi iustam, quam imitemur, fingimus indolem. Horum decet πικρῶν atque εὐσεβειῶν studiosius intueri atque, compositis ad pulcherrima exempla animis, christianismi nobilissimam imaginem ad nostri temporis homines commendatum ire, et publicis, priuatisque studiis luculenter prae nobis ferre, quantum vtilitatis ex Iesu Christi γενεσιῶς ad nos rediisse intelligamus.

Igitur parum aequi sunt illi arbitri, qui ex patribus, studiosissima malignitate vsi, ea praecipue hoc loco eligunt, quae publice exagitant et conuiciis calumniisque largiter obruant; quasi grandi atque praeclaro negotio operam dantes, vt ipsam christianae religionis originem, caesa nascentis melioris pietatis rudimenta, vituperiis atque opprobriis ad alios gnaviter confelenter. Vtimur autem optimorum quorumque magistrorum ministerio atque adiumento, sicut ius fas esse ipsi intelligimus; nec laudibus vltro euehimus ea, quae temporum hominumque istorum ingenium hic referunt, vt nostra prae iis opido spernamus ad intelligendum commoda. Profuit olim eo modo adiuuissē hominum ingenia; ē re fuit, transferre vtilitas, quae omnino et statim corrigi non poterant; εἰς νοίας quasdam singulares: sed nemo istam moleste sedulam impendit operam, vt ista cuncta νοηματα etiam nostri temporis hominibus, si quibus recte placere non possunt, vltro persuadere et dignitatum loco obijcere sustineat. Abstinemus facile et ipsi ab istis sententiis, quae ad nos omni iustae indolis atque vtilitatis carent ratione; sed ludibriis, sed irrisionibus, sed inuenustis jocis non opus est, quibus abuti solent, qui prae ceteris vni omnium maxime sapere sibi videntur. (2).

Cum sit, quod Paulus ipse fatebatur, hoc μυστηριον ὁμολογεῖμενος μέγα, quod pertinet ad vniuersam Iesu Christi nostro commodo susceptam personam,

diuorum patrum veterumque ecclesiae doctorum aliquot homiliae in festum natiuitatis - a *Christiano Daumio*. Cygnaeae 1670. 8. Basili et Nazianzenī completitur homiliae duas; ceterae sunt latinorum parum commendabiles.

(2) Sic *Julianus*, timidus olim *lectos* in ordine ecclesiastico, *Φίλομυθῶ παιδαγωγῶ* καὶ ἀνοητῶ τῆς ψυχῆς μορῶν abusus fuisse *Christianos* falsē prodidit; a qua malignitate nec *Celsus* abstinnit; uterque imperitorum hominum εἰς νοίας περιηγουμακτος, et fabulas de Christo in falsis euangeliis sparsas sedulo arripuit, a quibus tamen doctores ipsi et prudentes omnes abhorrebant.



sonam, manifestatum esse humana in carne Θεον, λογον, (3) facile est ad intelligendum, iam antiquitus varie quosdam, qui studiosius aliis tum dabar operam, reperisse λογον, rationem quasi atque causam, vt tanta, quae gest est, res atque historia facilius posset aut intelligi aut confirmari. Scimus enim variis vsos esse sententiis Christianos, ad describendum id, quod de Iesu Christi consilio et consuetudine inter homines animo conceperant; quos inter plerique tamen ab ipsa ευσεβεια, et animi iusta indole non fuerunt alieni. Istos enim alios seiuungimus a Christianorum nomine atque omine, qui Euangelii καιπητες et παλινοκαιπητες agebant; quorum insignis nequitia atque peruersitas fuit iam a Christo atque Apostolis praedicta et reprehensa. Sed inter ceteros, qui, siue aliis sic poscentibus, siue ex ingenii sui foecunditate, λογον reperire ausi sunt iam isto tempore, quo nondum in vnum corpusculum coeferant libelli sacri et Apostolorum epistolae: quidam variam excogitarunt οικονομιαν, ad illustrandam Iesu, nati hominis, historiam et prouinciam. Haec οικονομια, reperta semel, ad alios per manus est tradita presbyterorum inde a seculo 2. ministerio: complectitur autem ista παραδοσις non raro eius generis νοηματα, quod hodie a nobis similiter ad alios collaudari vix queat. (4).


A 3

Exem-

(3) 1 Tim. 3, 16, exstat illa propositio, εφανερωθη εν σαρκι. De termino illo, qui subiectum designat, non est nulla quaestio, quam hic studiosius habere non libet. Quemadmodum Latina ecclesia hic nunquam legit nomen Deus: sic etiam inter graecos patres non omnino conuenit in allegatione huius loci. Cyrillus adeo, at quantum nomen, defensor acerrimus naturae Christi vnusque, in λογι προσΘωητικω ad Theodosium, inter τα πρακτικα της εν Εφεσω συνodus, pag 14. edit. commelin scribit contra Docetas: πλανησι, μη εδωτες τας γραφας, μητο μιν το μεγα της ευσεβειας μυστηριον, ταπει, Χριστον ος, (sic et Clemens, alex. apud Oecumenium in 1 Tim. 3, 16: μυστηριον, μηδημων εδων οι αγγελοι, τον Χριστον) εφανερωθη etc. Statim pergit: ετα γαρ ανδρ ετερον οιαμ, (igitur opus erat huic loco declaratione,) τι το της ευσεβειας μυστηριον, η αυτος ημιν ο εν δευ πατρος, λογος, ος εφανερωθη etc. Videri queat, quibusdam in codicibus lectum olim fuisse - μυστηριον. Εφανερωθη etc. Itaque impietati non tribuendum, si qui hunc locum varie excitent; si maxime Θεος non legatur, nemo tamen intelligere, aliquem manifestatum in carne potest alium, nisi eum, de quo Iohannes scribit, λογος αραξ ενενετο, quem Θεον esse vel Iohanni boni omnes credant, licet id nominis non exferat in loco Paulino.

(4) Traditio εζηνητικη e. c. ferebat, τινικας pelliccas intelligendum esse corpus post lapsum παρχ, νεκρον, quod inde a gnosticis quibusdam per bene multos interpretes, graecos, maxime, fuit repetitum. Dogmaticae traditiones, similiter saepe redeuntes, sunt, de virgine terra, γη ανεργαση, typo virginis Mariae; de






Exemplo, non obscuro aut mediocri, rem illustrabimus. Longe vetustissima est illa *ενοχη*, a multis, etiam a celebribus vsurpata auctoribus: filium dei, *λογον Θεου*, *ideo*, hoc *consilio*, elegisse humanae naturae velum atque inuolucrum, vt eo certius lateret diabolum, cuius infesta per mortem in homines vis et tyrannis iam ab inusitato hoc homine, qui diabolo ea natura imposuerit, abolenda erat. Recensebimus a tunc breuissimis quasdam quasi auctoritates. E graecis scriptoribus, (quos inter repertum hoc primum fuit, licet nondum constet de ipso commentum ingeneri auctore) *Clemens alex.* (5) *Irenaeus*, (6) *Ignatius*, (7) (si placet epistolarum minus nobilium hic

de morte, quae beneficii, non poenae loco, a Deo decreta sit, ne esset sine fine hominis miseria; de immortalitate nobis per Christum reddenda; *λογον* diabolo fuisse traditum etc. quae inde ab *Irenaeo* fere in cunctis partibus ante saeculum quintum occurrunt. Sed repperunt et sequentes doctores noua νοηματα, quibus doctrinae rationem iuari putabant; ita *Augustinus* nouae gratiae, (absolute efficacis, auxilii, quo etc.) auctor fuit, cuius disciplinae *Φοβητικας* appendicibus alios premeere, qui istam *εννοιαν* suam non faciunt, ius fas non est. Multo minus decebat, (ne iocantem quidem) neglecto computo, *Iulianum* ex hac disciplina Augustini excusatum ire, cuius tempore nemo quisquam sando inaudierat de eius generis sententis. Aberrauit autem hac via illustris interpret gallicus, *σηλεστενικως* aduersus Christianos scriptio, quae *Iuliani* imperatoris nomine fertur.

- (5) *Stromat.* I. p. 126. *Sylburgii* 342. *Potteri*: *παρ' ἀμφιβολικῶν ὁ κρινοῦς τὸν διαβολῶν*, cum tentaret, *σφίβεται* (ne verum intelligeret;) In excerptis *Theodoti*, p. 984: *ὁ λόγος ὁ θανάτου κατὰ μαθησὶν* etc. *Eclogae* ex prophetis p. 1002: *ὁ διαβολῶς ἤδη ἐλευσόμενον τὸν Κυρίον, ἔτι δε* (omittimus *θεος*, quod in margine quidam florent. addiderunt) *ἀντος εἴη ἐν ἡπιστάτο, διὰ καὶ ἐπειρασεν αὐτον, ἵνα γινῶ, εἰ θανάτος ἐστὶ*. Hunc locum *Cotelerius* aliter citauit ad Epistolam falsi *Ignatii* ad *Philipp.* 9, 8. notabilis est locus, scribit, *Clementinarum Hypotyposicon* p. 808. initio col. I. ad Pf. 18. In hac allegatione est *ἔαν, φησι, ἢ*, inquit; cum in *Eclogis* melius exstet, *ἐξ ἡφιστι*. *Sinere, mittere* (conuenit); dicit; postea melius intellexero, tempore resurrectionis. Sic loqui fingitur diauolus. Videtur *Cotelerius* memoria lapsus esse, quod *Hypotyposes* nominat.
- (6) *Irenaeus* lib. 5, c. 21, quod caput non obscure in multis conuenit, cum illa *πραγματικῶς*, quae est in epistola falsi *Ignatii* ad *Philippenses*, c. 19. seq. et *Massueti* editione. „Ad illud quidem, quod ait si filius dei es, *vsus est* hac, quae *excaecauit eum hominis* confessione etc. Hanc lectionem ex tribus codic. antiquioribus se eruisse proficitur editor; quos inter fuit *claromontanus*, a quo *abest* id, *vsus est*; ceteri duo legunt, *vsus est* hac, quae exc. eum, per hominis confessionem. Itaque *Massuetus* miscuit lectionem; fatetur autem, in recentioribus codicibus et editionibus haberi, - dei es, tacuit; *excaecauit* autem eum homi-



hic martyr auctor,) *Origenes*, (8) sunt vetustiores; *Arbanasius*, (9) *Basilus*, (10) quem magnum dicunt, *Gregorius* (11) vterque, *Nazianzenus*, praeci-

hominis confessione. Atque sic legunt editiones *Erasmi*, et nostro iudicio, recte atque optime. Sic poscunt verba: ad illud quidem - - tacuit; subventus autem aliquis mutavit, in *usus est* - - confessione. Ignorabat interpolator *Clementis* et vetustiorum disciplinam; *κατ' ἀμφιβόλευον* dixerat *Clemens*; addo *Origenem* hac in causa iustum auctorem, Hom. sexta in *Lucam*, quae superiunt nobis ex *Hieronymi* interpretatione, pag. 938. edit. de la *Rue* tom. 3. „disposuerat saluator dispensationem suam et assumptionem corporis ignorare diabolum; inde et in generatione sua celavit eam - - et cum ab ipso diabolo tentaretur, nusquam confessus est dei se esse filium, sed tantummodo respondebat - - tacuit semper se esse filium dei.„ Haec verba fere conveniunt cum *Irenaei* verbis. Nec est vituperium, in recentioribus codicibus legi *tacuit*; possunt enim hi esse ex vetustissimis descripti. Ceterum miramur, nihil ad illustrandum *Irenaei* locum ex hac vetusta disciplina a doctis viris allatum esse.

(7) Nobis iam non licet inveniuntam *Ignatianarum* epistolarum causam omnem copiosius excutere. Solent viri docti quidam breviores amare epistolas et verbosiores, seu interpolatas reicere; quas contra *Whistonus* vult authenticas haberi. Exstat igitur inter breviores, in epistola ad *Ephes.* 9, 19. *ἡγάθε των ἀρχοντων τε αἰωνου ταυτη η̅ παρθενια Μαριας* etc. similiter, in maiori, seu interpolata; tandem et in epistola ad *Philipp.* 9, 8. in oratione ad diabolum conversa, *πολλα κα δαυδισμα, η̅ παρθενια Μαριας* etc. Sect. 9. de tentatione reprehenditur diabolum, S. 12. autem ista parum venusta redit commentatio, non dixisse Christum, *Vade post me*, *δρασω με* etc. quae vaticinatio ab *Origene* primum reperta est.

(8) Attigi iam (6) *Hieronymi* interpretationem *Homiliarum Origenis* in *Lucam*; quarum sexta his verbis *Ignatium* nominat: „Modo eleganter in cuiusdam *mar- tyris epistola* scriptum reperi, *Ignatium* dico Episc. Antiochiae post *Petrum* „secundum, qui in persecutione Romae pugnauit ad bestias; principem seculi „huius latuit *virginitas Mariae*; latuit, propter *Ioseph*, latuit propter nuptias, „laruit, quia habere virum putabatur. Si enim non habuisset sponsum, et ut „putabatur, virum, nequaquam potuisset principi huius mundi abscondi. Sta- „tim enim diaboli cogitatio tacita subrepsisset, quomodo ista, quae non con- „cubuit cum viro, praegnans est? debet iste conceptus esse diuinus. E con- „trario disposuerat, etc. (6). Liceat opinari, haec verba, quae clare *Ignatium* nominant, et descriptionem Episcopi, esse ab *Hieronymo*, cuius tempore iam exstant hae epistolae (generis utriusque;) sub *Ignatii* nomine; de eo enim dubitare non licet, *Hieronymum* non parum, si ipsi sic videretur, mutasse, atque addidisse quaedam etc. quod patebit si quis conferat graeca in scholiis *Grabii* et *Combesii*, ad *Homiliam* primam; (exstant etiam ex istis apud *Richard Simon* tom. 3. *histoire critique* chap. 5. p. 81. 82.) vbi verba e quibus „quus fuit *Ananias filius Agor*, non habentur in graeco; nec caremus aliis documen-

praecipue autem *Nyssenius*, qui studiosius hic suam impendit confingendo operam. Inde ad posteriores graecos transmissa est ista sententia (12). Inter
Latinos,


cumentis. Sic etiam *Rufinus* versari solet in interpretando. Existerint *Eusebii* iam tempore, Epistolae *Ignatii*; sed *Origenem* illis iam usum, ad rem hanc describendam, quae fuit vetustam per disciplinam satis frequentata, parum videtur esse vero simile. *Origenes* enim tum hac in homilia, ex 1 Cor. 2, 6-8. hoc *νοημα* ducit, tum lib. 3. *περι αρχων* bis de hac re agit sic, ut nulla vltur auctoritate; sed ex 1 Cor. 2, excitat, (cap. 2. de contrariis potestatibus) saluatorem crucifixum esse a principibus huius mundi (quos dicit Paulus ignorasse dominum gloriae;) et c. 3. principes et angeli, cum Christus venisset, ignorantes quis obtegeretur *intrinsicus*, insidiati sunt ei - - gloriae dominum crucifixerunt. Iam, cum impostor descripserit in epistolam ad Philipenses, istud *εσθημα* *Origenis*, non *οτιωμυς* hic Christum dixisse, vero simillimum est, et ista, (*λατuit* diabolum *Mariae* *virginitas*), eum, qui ausus est *Ignatii* amissas epistolas restituere aut interpolare, admisituisse; *Hieronymus* autem rursus hic adiecit.

(9) Si placet *Athanasius* auctor vitae *Antonii* 1), 24. *ως δρακων εδωκεν τω αγιωτω παρτα τα σωτηρος*, notabimus *αγγελον*, et postea ex aliis scriptoribus lucentius explicabimus. Verbofissimae *Φωναριαι* et infanae declamationes, quomodo diabolus fefellerit Christus, exstant in *Homilia* seu sermone, de passione et cruce *domini*, quae exstat inter *Athanasii* opera; inde a §. 14, praecipue.

(10) *Homilia de την αγιαν τε χριστη γεννησιν* §. 3; (edita etiam ab *Hoeschelio* et *Damiano*;) his verbis: *αρηταις δε των παλαιων τινι και ετερος λογις, ατι ειπερ τε ληθαν τον αρχοντα τε αμωτος τε τε την περσειαν της Μαριαις, η τε ιωσηφ επανοδη μησευι*. Et si iure dubitatur, num sit *Basilii* ista homilia, quae abest a quibusdam manuscriptis, et a *Basilii* ingenio abhorret, quicquid *Garnerius* sentiat alter; tamen est satis antiqua. Sed non audet auctor *Ignatii* aut *Origenis* nomen eloqui; cuius profecto non erat, ut puderet, cum non poenituit eam sententiam repetere.

(11) *Nazianzeni* oratio 39, *εις τα αγια Φωτα* - -: *σωμος προβληματα δελεαζεται, ουκ ως τω αδμ προσβυλων τω θεω περιπεση*. Ex *Nysseni* scriptis sufficit notasse *catecheticae* orationis c. 23, nos non *κατα τυρανικον* sed *διουιν προπον*, non per vim, sed ius, a diaboli potestate vindicandis fuisse; cum in Christo multa praecleara animaduertisset diabolus, elegisse eum *λυτρον των εν τη τε ζωικη Φωτα και διεγγυμων* c. 24, tegumento nostrae naturae diuinam naturam occultatam fuisse, *ουκ, κατι της λεχνης των ιχθυων τω δελεατι της σωμος συναποσπικθη το αγιωτρον* (redit hoc nomen, atque hinc explicandus locus in vita *Antonii* 9.) *της διασητος*, atque sic mors aboleretur. c. 26. *απαταται ο προπατατης τον ανδριον*, decipitur obiecta humanitatis specie etc. Pluribus enim non opus est.

(12) *Cotelerius* iam obseruauit, *Iobium* lib. 7, 31. *εινονομηης παραματαις*, *Ignatii* nomine addito eandem sententiam repetere; in *Pborii bibliotheca*, codice 222. et *Andream* cretensem, *Homilia* 2. in natiuitate b. *Virginis*. *Andrae* verba etiam *Vsserius* ex codice *MSto* adduxit. Addo, ad eandem *εινωμη* pertinere, quod



latinos, praeter vestigia quaedam in *Hilarii* (13) commentario in *Matthaeum*, *Hieronymus*, (14) *Augustinus*, qui mortalitatem et crucem domini aliquoties dixit fuisse *muscupulam diaboli*; *S. Leo*, (15) qui satis verbose rem describit; *Maximus*, taurinensis, (16) ex medio autem aeuo non paruo numero scriptores gregarii, quos nomine et ordine longo recensere nihil attinet. Obseruabimus tantum, ex ista frequenti traditione etiam huiusmodi sacris istud *νοημοσ* celebra-

quod inter τα πρωτικα της εν εφεσω συναδα, p. 157. edit. *commelin.* exstat, necessario ο λογος morti obnoxiam naturam nostram induit, *ενα κατ τη αυτε σαουρι καδαιπερο τι των απιδασσον θημων επισηδησαι ο θουατος, πανσηται της καδ ημων τυρανιδος.* Nempe quasi ad *δελεαρ* allicitur *δρακων*. Redit p. 159. tentatur *Christus*, *ος εν των καδ ημων*, sicut homini nostri ordinis, *επισηδηωτος τε σαουρι, κατ οινδεντος* etc. Similia iam facile colligi plura possunt.

(13) In *Matthaei* 4, (seu cap. 3, edit. *Veronensis* p. 677.) Erat in diabolo de metu suspicio, non de suspicione cognitio; monebatur quadraginta dierum ieiunio. - Sed ita dignum nequitia eius et scelere erat, vt in eo, cuius morte et calamitatibus gloriabatur, homine vinceretur, et, qui dei beneficia homini inuidisset, ante tentationem deum in homine intelligere non possit.

(14) *Hieronymum*, interpretem *Homiliarum* in *Lucam*, iam suspicati fumus, de suo ista inferuisse, ex *Ignatii* epistolis. Videtur et *Richard Simon* fere idem suspicatus esse, *historiae criticae* tom. 3, c. 5. p. 85. Ce n'est point l'ordinaire d'Origene de nommer les Ecrivains ecclesiastiques qu'il cite, se contentant de les indiquer en general. Il nomme cependant S. Ignace au moins dans la version de S. Jerome. Sed et idem *Hieronymus* lib. 1, *commentar.* in *Matth.* c. 1, his verbis vitur. „Martyr *Ignatius* etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit, vt *partus eius*, inquit, *celaretur* a diabolo; dum eum putat non de virgine, sed de vxore generatum. „*Hieronymus* non nihil hic aberrauit; nec enim hac ratione in *Ignatianis* reperitur. Monuit iam *Cotelerius*, auctorem, qui falso *Theophili* Antiocheni nomine fertur, *commentarii* in *Euangelia* lib. 1, iisdem constare verbis, ac sunt in *Hieronymi* *commentario*; *Hieronymum* etiam sequi, vt solet, *Paschasium*.

(15) *Leonis*, sermo 2, apud *Daunium* p. 106, quod nauci elegit ex virgine, altissimae fuit rationis, vt scilicet humano generi natam salutem *diabolus* ignorant etc. sic et p. 107.

(16) *Honil.* 6, ap. *Daunium* p. 127. - vt *diabolus* aduentantem per *Mariam* deum non deprehenderet esse praesentem etc. Operae autem non videretur pretium, ex *bibliotheca Patrum Iugdunensi*, quam *maximam* solent dicere, recensere similia. Illud non nihil mirari licet, a *Petauo dogmar. theol. de angelis*, lib. 1. c. 8, 13 seq. tam pauca ibi de hac patrum sententia fuisse obseruata; sed solet sagax scriptor cauere, ne in clara luce ponat ea, quae ad minuendam patrum auctoritatem faciunt.

B




celebratum fuisse. Nec est inter nos inauditum istud carmen, gar heimlich trug er sein Gewalt. Er gieng in einer armen Gestalt, den Teufel wolt er fangen. Huius carminis iam origo satis patet.

Seruauit *Origenes* non vno loco (17) satis clara vestigia, quibus iam inhaerentes olim quidam moleste seduli interpretes ad hoc comminiscendum peruenerunt. Sic enim interpretatur *Origenes* istud Pauli 1 Cor. 11, 6. vt referat ad spirituales potestates, ad angelos quosdam malos, quorum olim late in terram et homines patens fingi et credi a multis solebat imperium. Sed facile patet, *Origenem* non esse rei sic fingendae auctorem; altius repetendae sunt eius commentum rationes, inde ab iis hominibus, nec graecis religione, nec Iudaeis, nec Christianis: qui Gnosticorum ingenti nomine ab imperita triplici plebe illa seiungi volebant. Hos scimus eius generis reperisse religioni, seu sectae potius, proferendae decreta, quae plurimis facile placere. Atque fuit ea illorum temporum malignitas, vt, quod satis constat de *Origene Clemente*, aliisque, non pauci statuerint, non posse doctores meliorum partium facere, quin suo quodam modo imitarentur Gnosticorum istam disciplinam, et usitam intelligendi declarandique sententias dogmaticas consuetudinem. (18). Dederunt igitur hac in re interpretes sanioris partis hoc nouae oeconomiae, vt et ipsi tales sententias non raro sermone vsurparent, quae videbantur non parum facere ad commouendos hominum animos, qui iustam provinciae Christi rationem et speciem mente recte concipere nondum valebant. Neque vero defunt, quod mireris, inter antiquiores sacrae doctrinae interpretes, qui Pauli istud carmen 1 Cor. 2. melius et rectius declararunt. *Tertullianus* adeo oppugnat omnem istum λόγον, et difficile comminiscendi modum; sic enim solebat habere, vt quasi communis τῶν ἐγγύτων traditio per presbyteros et doctores in alias ecclesias disseminaretur; cuius rei exstant, quod ad sec. 2. et 3. attinet, non pauca documenta, non solum in genere ἐξηγήσεων, quod hic locum habet, sed etiam, κηρυγματος, δογματων, seu doctrinae

(17) περι αρχων lib. 3. et Homilia 6. in *Lucam*; recenset diligenter istum Pauli locum.

(18) Pluribus de ea re iam egit *Richard Simon*, tom. 3. historiae criticae, seu de commentatoribus, chap. 3. p. 39, et alibi. Il est certain, qu' *Origene* a eu tous ces egards, et qu' il a meme affecté les allegories, pour ne pas ceder en cette sorte de subtilités aux *Gnostiques Valentinians*, dont les commentaires sur le N. Test. estoient repandus dans tout le Levant en ces rems la etc. Idem cap. 54. p. 810. En effet les premiers Peres ont plusieurs des termes communs avec les *gnostiques*, lors qu' ils parlent du mystere de la trinite etc.



de rebus Christiano credendis, et *μυστηριων*, seu quod attinet ad *λογον* baptisimi, sacrae coenae et aliorum, qui adiecti sunt, rituum solemnium. Libro aduersus *Marcionem* V, c. 6. multis verbis vsus istum locum illustrat. „Argumentatur haereticus, quod principes huius aevi, dominum, alterius scilicet dei, Christum, cruci confixerint, vt et hoc in ipsum recidat Creatorem.„ Reponit *Tertullianus*, iam praecudatum esse debere, vt supra ostenderit, eam, quae in occulto fuerit apud creatorem, gloriam, merito ignotam fuisse hominibus, nedum illis apostatis angelis, ipsique principi transgressionis diabolo; hos, ob culpam, extraneos fuisse ab omni conscientia dispositionum creatoris. Pergit: „Sed iam nec mihi competit, principes huius aevi (in Pauli loco) virtutes et potestates interpretari creatoris, quia ignorantiam illis adscribit Apostolus; Iesum autem, et secundum nostrum (ca-„tholicorum) euangelium, diabolus quoque in tentatione *cognouit*; et secundum commune instrumentum, (seu narrationem Lucae, quam admittit hac „in re *Marcion*.) spiritus nequam *sciebant*, eum sanctum dei esse, et in per-„ditionem eorum venisse. Etiam parabola fortis illius armati - - iam nec „ignorasse ultra potuit creator, (demiurgus, iste inferior et peior mundi deus) „deum (*dominum* forte lectum fuerit olim, vt in Paulo,) gloriae, dum ab „eo opprimitur; nec in crucem eum figere, aduersus quem valere non potuit. Et superest, (iam *Tertullianus* dicit sententiam,) vt secundum me „credibile sit, *scientes* virtutes et potestates creatoris, (diaboli) deum dominum gloriae, Christum suum, cruci fixisse; qua desperatione et malitiae redundantia serui quoque scelestissimi dominos suos interficere non dubitant. „Scriptum est enim apud me, (in nostris Euangeliis) Satanam in Iudam introisse.„ *Tertulliano* igitur non placet ista *εὑρεσις*, principes seculi, angelos malos, ignoratione et specie humana deceptos, sed potius scientes et dedito consilio hoc fecisse. Pergit porro: *secundum Marcionem autem*, nec Apostolus patitur hoc loco ignorantiam adscribi virtutibus creatoris in gloriae dominum, quia scilicet non illas vult intelligi *ἀρχοντας* huius aevi. Quod si non videtur de spiritualibus dixisse principibus, ergo de secularibus dixit. De populo principali, vtique non (19). inter nationes, de ipsis archontibus eius, de rege Herode, etiam de Pilato etc. Igitur ista superiora verba, *argumentatur haereticus* etc. non de Marcione intelligenda sunt; sed de aliis gnostico- rum partibus, quae solebant, quod satis constat, eximie a se inuicem distare. Occupauit autem *Tertullianus* hoc, in tentatione diabolum cognouisse filium

B 2

dei;

(19) Sic legitur in *Veneta* editione; sed opinamur nos excudendum fuisse.



dei; quod inde a *Clemente alexandrino, Irenaco, Origene*, alii negant. Cetera autem, quibus vitur, sunt firmiora. Iudaeorum principes et magistratus esse hic ἀρχοντας τε αἰωνος τε, praeter *Marcionem, et Tertullianum*, qui postea videtur consentire, etiam *Pelagius* in commentario utilissimo ad 1 Cor. 2, recte prodidit, et post eum quidam alii sic: vt sub haec seriora tempora non sint amplius, qui ex hoc Pauli carmine hoc se reperire putent, quod tamen subinde repeti solebat, de studiosa ista ad fallendum diabolum oeconomia.

Nobis igitur, carissimi ciues, ius fas est ex istis limitibus *στοιχείων της αρχης τε χειρε* exiisse, nec vltro difficilibus *λογois* dare operam parum solubrem et frugiferam. Scimus enim Iesum Christum γεννηθηναι nobis σοφίαι απο θεου, δικαιοσυνη τε και αγιασμον και απολυτρωσιν, quam diuinam sententiam Paulus praeciuit, 1 Cor. 1, 30. Caueamus, ne *μωρια* nobis, nostra vsis infania, sit Euangelium de Iesu Christo inter homines nato et mortuo, cum summa Dei sapientia maxime hac re spectetur, qui et Iudaeorum inuentum stuporem, et gentium ceterarum vana ludibria per Iesu Christi doctrinam sic amolitus est, vt successerit rerum, quae ad animi nostri emendationem et similitudinem cum Deo faciunt, iusta cognitio; vt habeamus certissima beneuolentis Dei in Christo argumenta atque adiumenta. His ergo doctrinis vtamur ita, vt haud paulo melior *δικαιοσυνη* a nobis arripiatur, quam quae cunctis anxiae mentis varie repertis studiis atque exercitationibus, inde a corrupta inter homines religione, parari possit. Coniungatur a nobis et *αγιασμος*, vt continua emendandi nos diuinitus innata contentio, a ceteris siue vanis, siue impiis hominibus, seingat; licet numquam contigerit, vt carere possimus ingenua illa et praestantissima fiducia, quae nititur ea *απολυτρωσει*, quam Deus per Iesum Christum nobis existere iussit. Sic omine non carebit ad nos diuinum illud nomen *Ιησους, σωτηρ*, seruator. His, rogamus atque hortamur vos, ciues carissimi, sententiis saluberrimis attendite; his animos implete, vt ne existat, per festos hos dies, turpitudinis aliquod et flagitii infandum exemplum; vt ne opprobrio afficiatur a nobis Iesus, quem nemo Christianus ignorat, a deo dominum nobis augustissimum destinatum esse. Ita continget, vt etiam in nobis sit dei *ευδογια*, quemadmodum est et manet, ob fortunatum iam mortalium genus, gloria inter omnes coeli exercitus deo. P. P. d. 24. Decembr. 1764.



155556

AB 155 556

X2613330

ULB Halle

008 342 946


3



ℓ







B.I.G.

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Farbkarte #13

ERICIANAE REGIAE PRORECTOR LEAS DE SEGNER

SILIIS INTIMIORIBVS MATHEMA-
M PROFESSOR PRIMARIVS

CVM

ET RELIQVO SENATV ACADEMICO

AD

A GENEZIA IESV CHRISTI AMICE HORTANTVR
RAEMISSA OBSERVATIONE

DE

VETVSTISSIMORVM QVORVMDAM
AVCTORVM ENNOIAI

ISTI NATVRA STUDIOSIVS IMPOSI-
TVM FVISSE DIABOLO.



LAE MAGDEBVRGICAE
NA VESTERIANA MDCCLXIV.

7764

